51. Que se admita á los que padecen persecucion por Cristo.
52. Que cada uno debe permanecer en aquella suerte en que fué colocado, y observar el orden, y no tomar lo que no se le encargó.

CONSTITUCIONES

de los Santos Apóstoles, escritas por San Clemente, romano: traducidas al latin por Juan Carlos Bovio, obispo de Ostuni.

LIBRO I.

Cap. 1.

Doctrina católica acerca de los legos.

Los Apóstoles y presbíteros á todos los gentiles que creyeron en Jesucristo, Señor nuestro,

Gratia vobis, et pax ab Omnipotente Deo per Dominum nostrum Jesum Christum abundet in cognitione ipsius.

Dei plantatio est Catholica Ecclesia, et vinea ejus electa, illi qui crediderunt in infallibilem pietatem ipsius, qui fruuntur aeterno regno ejus per fidem, qui acceperunt virtutem ipsius, et armati sunt communicatione Sancti Spiritus per Christum, et timorem ejus induerunt, participes preciosi et immaculati sanguinis Christi: qui fiduciam acceperunt, ut Omnipotentem Deum invocarent, cohaerederes et consortes facti dilecti filii ejus. Audite doctrinam sacram, qui amplectimini promissionem ejus, ex mandato Salvatoris, aequiparandam gloriosis vocibus ipsius. Attendite filii Dei omnes, ut in obedientia Dei vitam agatis, estoque in omnibus placentes Christo Deo nostro: nam si quis iniquitatem secutus, faciat quae voluntati Dei adversantur, is veluti gens iniqua a Deo aestimabitur.

II.

De cupiditate seu avaritia.

Abstinete animum vestrum ab omni cupiditate, et iniquitate: nam in lege scriptum est: «Non concupisces (1) uxorem proximi tui, non agrum ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non jumentum ejus, neque aliquid, quod proximi sit:» quoniam omnis harum rerum cupiditas a malo provenit. Nam qui uxorem concupiscit, vel servum, vel ancillam proximi, jam mente adulter ac fur censetur, (nisi eum poeniteat) ac judicatus est a Domino nostro Jesu Christo, per quem gloria Deo in secula, Amen. Inquit enim in Evangelio, (in summam redigens, et stabiliens, ac perficiens legis Decalogum). In lege scriptum est, «Non moechaberis, (2) ego autem dico vobis,» hoc est, in lege, quae per Moysen scripta est, ego loquutus sum, nunc verò idem ille vobis dico, «Omnis qui (3) adspexerit uxorem proximi ad expetendam eam, jam corde suo moechatus est,» ita moechus judicatur, qui animi cupiditate ardet. Qui verò bovem vel asinum concupiscit, nonne in eam cogitationem venit, ut fureter, ut suum faciat, ut abducat? Rursus qui agrum cupit, perseverans in hujusmodi affectione improbè facit? ut cum fines proferre velit, cogat possessorem vilissimi vendere. Ait enim quodam in loco Propheta: «Vae conjungentibus (4) domum domui, et agrum agro continuantibus, ut proximo auferant aliquid: propterea dicit, Nunquid habitabitis soli super terram? Audita sunt enim in aures Domini sabaoth haec.» Et alio in loco: «Maledictus (5) qui transfert terminos proximi sui: et dicet omnis populus, fiat.» Ideò inquit Moses: «Non commovebis (6) fines proximi tui, quos posue-

desean abundancia de gracia y de paz por el omnipotente Dios, mediante el reconocimiento de nuestro Señor Jesucristo.

La iglesia católica es un árbol plantado por Dios y una viña elegida por él, compuesta de los que creyeron en su inefable piedad, de los que gozan de su eterno reino mediante la fé, de los que recibieron la virtud del mismo, y se armaron de la comunicacion del Espíritu Santo por Jesucristo, de los que abrazaron su temor de todo corazon, y de los coherederos y consócios de su Hijo muy amado. Oid la doctrina sagrada los que abrazaís su promesa, digna de igualarse, segun el precepto del Salvador, á sus gloriosas palabras. Tened, pues, presente todos los hijos de Dios que debeis vivir en su obediencia, y agradar en todas las cosas á Cristo, Dios nuestro; y si alguno obra inícuamente practicando lo contrario á la voluntad de Dios, este Señor le reputará como malvado.

II.

De la avaricia.

Absteneos, pues, de toda avaricia é iniquidad, pues que en la ley está escrito: *no codiciarás la muger de tu prójimo, ni su campo, ni su siervo, ni su sierva, ni su buey, ni su asno, ni cosa alguna de las que son de él.* Porque toda codicia de estas cosas proviene de maldad. Pues aquel que deseó la muger, siervo ó sierva de su prójimo ya adultera de pensamiento, y se le tiene por ladron, y si no hiciere penitencia es juzgado por Jesucristo, Señor nuestro, por el cual se tributa gloria á Dios en los siglos de los siglos, amen. Léese en el Evangelio (repitiendo en suma y confirmando y completando el Decálogo) *está escrito en la ley, no adulterarás, pues yo os digo, esto es, dije en la ley escrita por Moisés, y ahora yo mismo os lo repito, que todo aquel que pusiere los ojos en una muger para codiciarla, ya cometió adulterio en su corazon con ella: pues se tiene por adúltero al que codicia serlo: Y ¿acaso el que apeteció un buey ó un asno, no piensa hurtar y hacerle suyo ó cometer abigeato? Además el que deseó un campo y perseveró en este pensamiento ¿no obra maliciosamente moviendo poco á poco los mojones para obligar al dueño á que se le venda por bajo precio? Escucha lo que acerca de esto dice el Profeta: ¡Ay de los que juntan casa con casa, y añaden tierra á tierra para quitar algo al prójimo! ¿por ventura habitareis vosotros solos en medio de la tierra? En mis orejas están estas cosas, dice el Señor de los ejércitos. Y en otra parte; ¡maldito el que lleva mas allá los linderos de su prójimo! Y dirá todo el pueblo: amen. Por lo*

(1) Exod. 20.
(2) Matth. 5.
(3) Exod. 20.

(4) Isaiae. 5.
(5) Deut. 27.
(6) Deut. 19.

runt patres tui.» Ea de causa igitur formidines, mortes, judicia, damnationes a Deo talibus hominibus imminet. Iis verò, qui Deo sunt obedientes, una est Dei lex imposita, quae simplex, vera, viva existit: «Quod in te ab altero (1) fieri non vis, id tu in alterum nè feceris.» Non vis ut aliquis in uxorem tuam turpiter conjiciat oculos animo eam vitandi? Nec tu in uxorem proximi tui improbè oculum defigas. Non vis vestimentum tuum tolli? neque tu alterius vestimentum tollas. Non vis percuti, contumeliam ferre, petulantiam perpeti? Neque tu in alium haec ipsa committas.

III.

De non referenda contumelia et de non ulciscendo eum qui injuriam intulit.

At maledicit aliquis tibi, tu benedic ei: quoniam scriptum invenitur in libris Numerorum: «qui benedicat tibi, (2) benedictus est: et qui maledicit tibi, maledictus est.» Eodem modo in Evangelio scriptum est, «Benedicite (3) maledicentibus vobis.» Cùm injuriam patimini, nolite injuriam referre, sed aequo animo pati, quoniam inquit Scriptura: Noli dicere, «Ulciscar (4) inimicum meum de iis, quae in me iniuste fecit:» sed expecta ut pro te vindicet Dominus, et ultionem inferat injuriam inferenti tibi. Etenim rursùm in Evangelio ait: «Diligite inimicos vestros: (5) et benefacite iis, qui oderunt vos, et orate pro calumniantibus et persequentibus vos: et eritis filii patris vestri qui in coelis est: quoniam solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos.» Attendamus igitur dilecti iis mandatis, ut eis obsequentes, filii lucis inveniamur. «Ferte igitur (6) servi et filii Dei vos invicem.» Vir adversus ejus uxorem nè sit superbus, neque elatus, sed facilis ac benignus, cupiens tantùm propriae uxori placere, adque ei indulgere, cum honore illi studens gratificari.

cual dijo Moisés: no tomarás ni traspasarás los términos de tu prójimo que fijaron tus padres: pues de esto resultan temores, muertes, juicios y condenaciones, que Dios aplica á semejantes hombres; mas á los obedientes á Dios no se les ha impuesto sino una ley divina que es sencilla, verdadera y viva, y que solo dice: lo que no quieres que te se haga, no lo hagas á otro. ¿No quieres que alguno ponga torpemente los ojos en tu muger con ánimo de viciarla? no los pongas tú improbamente en la muger de tu prójimo; ¿no quieres que te quiten tu vestido? no le quites tú á otro; ¿no quieres que te hieran, que te afrenten, ni sufrir la arrogancia ajena? no hagas tú estas cosas en contra de otro.

III.

Que no se vuelva afrenta por afrenta ni se tome venganza del enemigo que injurió.

Al contrario, si alguno te maldice, bendícele tú, porque está escrito en el libro de los Números: el que te bendigere, será él también bendito: el que te maldigere en maldición será reputado. Igualmente se lee en el Evangelio: bendecid á los que os maldicen; no tomeis venganza de las injurias que se os hagan, sino mas bien sufrirlas con paciencia, pues dice la Escritura: no digas me vengaré del enemigo por la injuria que me hizo; antes por el contrario, aguarda á que el Señor sea quien tome la venganza y castigo de aquel que te injurió: porque segunda vez se dice en el Evangelio: amad á vuestros enemigos: haced bien á los que os aborrecen: y rogad por los que os persiguen y calumnian: para que seáis hijos de vuestro Padre que está en los cielos, el cual hace nacer su sol sobre buenos y malos: y llueve sobre justos y pecadores. Por lo que, carísimos, tengamos presentes estos preceptos, para que haciendo lo que se nos manda seamos hallados hijos de la luz; sufríos mutuamente los que sois siervos de Dios é hijos suyos. Tampoco el marido debe ser soberbio y arrogante con su muger, sino afable y benigno, deseoso de agradar tan solamente á ella, usando de descendencia y procurando honrarla.

III.

No solo prohíbe el Evangelio tomar venganza de los enemigos, sino que manda que se los ame: pues la antigüedad muchas veces ha observado contar entre los preceptos los que se llaman consejos.

IV.

De cultu et ornatu, atque de peccato ex eo proveniente.

Neque ornatui studebis, quo aliqua alia mulier in te capiatur. Nam sive ab ea victus peccabis,

Del adorno y del pecado que procede de él.

No te adornes para que alguna muger se prenda de tí; pues si obligado por ella pecas

(1) Tob. 4. Matth. 7.
(2) Num. 24.
(3) Luc. 6.

(4) Prov. 20.
(5) Matth. 5.
(6) Ephes. 5.

mors à Deo aeterna tibi parata est: et sensu doloris acerbè cruciaberis: sive flagitium non facies, sed illa repulsa non consenties: at hoc ipso peccasti, etià si non feceris, quoniam solum propter ornatum tuum illaqueasti mulierem, ut tui cupiditate flagraret. Fecisti enim ut quae hoc passa est, per concupiscentiam in te moecharetur, sed non ita es in culpa, quoniam non morem gessisti ei, quae tui amore irretita fuerat. Non enim tu illam concupivisti. Et quoniam illi non es obsecutus, misericordiam invenies a Deo, qui dixit. «Non moechaveris, et (1) non concupisces.» Nam si illa, cum te vidit, vel intempestivè obviam tibi facta est, mente plagam accepit, et ad te misit, tuque ut pius rejecisti eam, illa verò corde sauciata est: tu tamen quia juvenis formosus es, et ornatus incedis, ut ideo illa tui amore capta sit, reus judicaris peccati illius, tanquam qui causam scandalo illius dedisti, et in Vae incidisti. Quare roga Dominum Deum, ut nihil mali tibi propterea contingat: «non enim te hominibus placere oportet in peccatum, sed Deo (2) in sanctitatem, et vitam ac quietem aeternam amplecti.» Pulchritudinem tibi a natura, Deo authore, collatam, noli adiecto cultu exornare, sed humiliter eam adversus homines ita cohibe, capillum comae non nutriens, sed potius illum detondens et adimens, ne tu pruritu vexatus, et caput lacerationis expers conservans, vel unguentis perfundens, inducas tibi mulieres, quae hoc modo illaqueant, vel illaqueantur. Neque verò vestitu uti velis comparato ad decipiendum: neque femoralia vel crepidas pedibus tuis improba arte consuas, sed tantum iis utere quae ad gravitatem et usus necessarios pertinent. Neque auream palam in digitos tuos induas, quoniam haec omnia scortationis sunt argumenta; quibus qui praeter id, quod decet, studet, injustè facit. Fidelis enim cum sis et homo Dei, non licet tibi nutrire capillum, et in unum complicare, quod est delicatum et molle, vel discerniculo discriminari, neque verò intortum calamistris crispare, vel flavum facere: quoniam quidem lex vetat in Deuteronomio inquiens: «Non facietis vobis (3) rotunditatem ex coma capitis vestri, neque incisiones.» «Neque verò licet barbae pilos corrumpere, neque hominis (4) figuram praeter naturam mutare. Non incidetis (inquit lex) superficiem (5) barbae vestrae.» Hoc enim mulieribus decens creator Deus statuit, viris indecorum esse judicavit. Tu verò haec faciens, et ut tibi placeas, legem violans, in odio eris apud Deum, qui creavit te secundum imaginem suam. Si igitur cupis Deo placere, contine te ab omnibus quae odit ipse, et nihil facias quod animo ejus displiceat.

(1) Exod. 20.
(2) Galat. 1.
(3) Lev. 19.

con ella, serás atormentado eternamente con el grave dolor de sentido: no cometas maldades, y niégate á ella, y aun asimismo has pecado porque tus adornos han sido causa de que te apetezca una muger. Hiciste, pues, que enamorada de tu porte cometiese adulterio de pensamiento, aunque tu culpa es mucho menor, porque no te presentaste á ella ni la apetequistes: y por no haberte entregado conseguirás la misericordia de Dios, el cual dijo: *no fornicarás y no desearás*. Pero si ella cuando te vió ó te se presentó intempestivamente se enamoró de tí, y te lo manifestó; y tú, como piadoso para con Dios, te negaste á ella y te abstuviste, y ella quedó herida del corazón; tú sin embargo, siendo jóven hermoso, por salir muy ataviado, de modo que por esto se enamoró de tí, eres reo de aquel pecado como autor del escándalo; por lo cual ruega á Dios que no te castigue por esta culpa, pues que *no conviene obedecer la voluntad de los hombres para pecar, sino que es preciso unirse á Dios para vivir santamente y gozar del descanso eterno*. No recargues de adornos la hermosura que Dios te ha concedido; antes por el contrario, ocúltala modestamente ante los hombres, no dejando crecer el cabello, sino cortándole, no sea que fatigado por el comezon, y conservando la cabeza sin heridas, y difundiendo el olor de los ungüentos, te atraigas á las mugeres; de modo que ó te enreden ó caigas en sus lazos: ni tampoco te vistas con afectacion para engañar, ni vayas calzado improbamente con lujuria, sino con honestidad; ni gastes anillos de oro, porque todas estas cosas son indicios de costumbres de ramera, á las cuales si deseas imitar irracionalmente, no obrarás bien. Y siendo como eres fiel y hombre de Dios, no te es lícito dejar crecer el cabello, y cogerlo en una sola trenza, pues que esto es lujuria y molicie; ni tampoco le has de llevar extendido ni en trenzas separadas, ni has de recogerle de modo que quede retorcido, valiéndote de las medias cañas, ni volverle rubio, porque la ley del Deuteronomio prohíbe *cortarse el pelo en redondo y hacer sajaduras; tampoco mudarás la faz de hombre afeitándote la barba en contra de la naturaleza*, pues que la ley dice: *no raereis vuestras barbas*. El Criador no queriendo que las mugeres las tuvieran las hizo imberbes, y no así á los hombres. Y obrando tú de este modo para agradarte á tí mismo, violando la ley, serás execrable ante Dios que te hizo á su imágen; pero si quieres complacerle, abstente de todas las cosas que él mismo aborrece, y no hagas nada que les desagrade.

(4) Deut. 22.
(5) Lev. 19, 21.

V.

Quod non oportet esse curiosum de iis qui malè vivunt, sed proprio operi invigilare.

Noli quasi pervolare, discurrere, et vagari per plateas, intempestivus speculator eorum, qui perditè vivunt: sed arti tuæ et operi tuo incumbens, quaere ut facias quæ sunt Deo accepta, et Christi sermones in memoriam revocans, assiduè meditare. Inquit enim Scriptura: «In lege ejus (1) meditaberis die ac nocte, scilicet, cum in agro ambulas, cum domi sedes, cum in lectulo cubas, cum manè surgis: ut in omnibus intelligas.» Quod si divitiis abundas, et ut te sustentas, arte opus non habes, noli circumcursare, et intempestivè obambulare.

VI.

Quos scripturae libros legere oporteat.

Sed sive, ad fideles et ejusdem sententiae homines accedis, conferens cum iis, vitalia verba loquere: sin minùs accedis, intùs sedens percurrere legem, Reges, Prophetas: Psalle hymnos David, lege diligenter Evangelium, quod est horum complementum.

VII.

Quod oportet abstinere ab omnibus exteris libris.

Abstine ab omnibus gentiliū libris. Quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falsis prophetis? quæ quidem leves a fide abducunt. Nam quid tibi deest in lege Dei, ut ad illas gentium fabulas confugas? Nam si historica percurrere cupis, habes Reges: si sophistica et poetica, habes Prophetas et Job, et Proverbiorum auctorem, in quibus omnis poeticae ac sapientiae accuratam rationem invenies: quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt. Quod si cantilenas cupis, habes Psalmos: si rerum origines nosse desideras, habes Genesim: si leges et praecepta, gloriosam Dei legem. Ab omnibus igitur externis et diabolicis libris vehementer te contine: verumtamen legem quoque perlegens, inducta illa atque adjecta, quæ appellantur, rejice. Quod si non omnia, at quaedam, quæ sunt in traditionibus seniorum, Deuteroses quæ appellantur. Solùm autem historiae causa illa lege, ut cognoscas et glorifices Deum, qui te a talibus ac tantis vinculis liberavit. Habeas autem prae oculis ad cognoscendum quid sit naturalis lex, quid sint traditiones, et illa inducta atque adiuncta, quæ in deserto iis, qui vitulum conflaverunt, sunt imposita. Lex enim est id, quod locutus est Dominus, antequam populus in idolatriam incidere, et vitulum conflatilem faceret illum Aegyptiorum Apim: hoc est, Decalogus. Quæ verò illis peccantibus vincula accesserunt, illa tibi nè atra-

(1) Psalm. 1.

V.

Que no conviene ser observador curioso de los que no viven bien, sino que cada uno debe velar por sí propio.

No seas vagamundo, yendo de plaza en plaza curioso espectador de aquellos que viven perdidamente, sino que debes dedicarte á tu arte y obra, y hacer lo que Dios aprueba, recordando las palabras de Cristo, y meditándolas asiduamente; pues está escrito: *meditarás día y noche en su ley, esto es, paseando por el campo, sentado en casa, acostado y levantado para que seas inteligente en todos sus puntos.* Y si eres rico y no necesitas trabajar para comer, no andes vagando de una á otra parte, ni paseándote intempestivamente.

VI.

Qué libros de la Escritura deben leerse.

Si te juntas con los fieles y con los de tu opinion, y hablas con ellos, que sean conversaciones saludables; pero sino te asocias y permaneces en tu casa, lee la ley, los libros de los Reyes, los Profetas, canta los salmos de David, y estudia con cuidado el Evangelio, que es el complemento de todo.

VII.

Que conviene abstenerse de la lectura de todos los libros de los gentiles.

Abstente de todos los libros de los gentiles, pues ¿qué tienes tú que ver con los libros ajenos, ó con sus leyes, ó con los falsos profetas, que hacen á los hombres livianos y los separan de la recta fé? ¿y qué es lo que te falta en la ley de Dios para tener que apelar á las fábulas de los gentiles? pues si deseas leer historias, tienes los libros de los Reyes; si cosas sofisticas y poéticas, echa mano de los Profetas, de Job y del autor de los proverbios, en donde hallarás mas agudeza que en todas las poesías y sabiduría de los sofistas, por estar aquellos dictados por el Señor Dios, que es el solo sábio; si quieres canciones, toma los Salmos; si antiguas historias, tienes el Génesis; si leyes y preceptos, medita la gloriosa ley del Señor. Abstente, pues, con fortaleza de todos los libros ajenos y dictados por el diablo, y cuando leas la ley huye de las cosas que fueron introducidas ó añadidas en ella, aunque no de todas, sino de algunas que pertenecen al *deuterosisim*; esto es, á la segunda legislacion, las que leerás tan solamente para conocer y alabar á Dios que te libró de tales y tantas cadenas. Procura conocer qué es la ley natural, y qué son aquellas cosas añadidas que pertenecen al *deuterosisim*, y que se impusieron en el desierto á los que hicieron el becerro. La ley pues, contiene lo que habló el Señor antes de

has: Salvator enim noster nullam aliam ob causam venit, nisi ut salvaret reos reservatae irae, et impleret legem et prophetas, et vincula adjecta humanarum traditionum et inductorum vel solveret, vel mutaret. Ideo invitans nos, dicebat: «venite ad me omnes (1), qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.» Tu ergo perlegens legem consentaneam Evangelio et prophetis, lege etiam Reges, ut intelligas, quot Reges juxta vixerunt, eos a Deo auctos fuisse, et iis promissionem vitae aeternae apud ipsum permansisse: quot verò reges a Deo defecerunt, rebellionem suam brevi tempore interiisse justo judicio Dei, et vitae ejus privatos fuisse, pro requiete aeternum supplicium consecutos. Haec cum leges multum fide auctus aedificaberis in Christo, cujus corpus et membrum existis. Inambulans autem in foro, et lavare volens, utere virili balneo, ne si nudatum corpus tuum mulieribus turpiter aperueris, aut speciem viris non convenientem adspexeris, vel irretitus inveniaris, vel ipse in te irretias mulieres, quae tam facile capiuntur. Cave igitur ab iis, ne laqueis impediatis animam tuam.

que el pueblo adorára á los ídolos, y venerase en figura de un becerro á aquel Apis egipcio: esto es, el Decálogo. Mas los vínculos que se les pusieron despues de haber pecado, no los observarás, pues nuestro Salvador no vino al mundo sino para librarnos de la ira reservada á los reos, por cumplir la ley y los profetas, y por romper ó mudar las cadenas añadidas por las tradiciones humanas ó las introducidas: por lo cual invitándonos nos decia: *venid á mí todos los que teneis trabajos, y estais sobrecargados, y yo os repararé.* Y tú despues de haber leído la ley en armonía con el Evangelio y los profetas, lee tambien los Reyes, para que puedas saber que cuantos reyes justos hubo, otros tantos fueron premiados por Dios, y se cumplió en ellos la promesa de la vida eterna; y por el contrario, cuantos reyes faltaron á Dios, perecieron en su defeccion en breve tiempo por justo juicio de Dios, y fueron privados de su vida, aplicándolos un suplicio eterno en vez del descanso. Si leyeres lo referido, te identificarás con Cristo, cuyo cuerpo y miembros eres. Cuando te pasees por el foro y quieras bañarte, hazlo en el baño de los varones, para no presentarte desnudo ante las mugeres, ó para no ver lo que no conviene que vean los varones, ni quedar prendido en los lazos de las mugeres, ni procurar que las que son fieles se prendan en los tuyos como sucede con tanta facilidad: tú, pues, guárdate de no poner lazos á tu alma.

VII.

Algunos creen que la palabra *sophistica* no debe estar aqui, ó que al menos es sospechosa; pero si tuvieran en consideracion, que hubo tiempos en que el nombre de *sofista* era laudable, y que se llamaban asi los que enseñaban la sabiduría y la ciencia de todas las cosas, no pondrian repugnancia en admitirla. San Clemente que conocia muy bien las escuelas de los griegos, llama sofisticas á las cosas que sábiamente enseñaban los doctos y los maestros de la vida.

Tambien se dice en este capítulo que Cristo derogó dos cosas, á saber: la *deuterosis*, y lo *introducido y añadido*. A la primera llama San Gerónimo *tradiciones humanas*, y Epifanio *tradiciones de los mayores*, las que tenian los judíos dispuestas en cuatro libros, en los que se contenian los ritos y ceremonias que habian recibido de sus mayores, lo que reprende el Señor en el Evangelio de San Marcos, cap. 7. Las cosas adicionadas al Decálogo, que Cristo derogó, son los sacrificios, espiaciones y otras ceremonias de los hebreos, posteriores á su idolatría egipciaca, cuando en ausencia de Moisés adoraron el becerro: pues viendo éste que los hebreos eran inclinados al mal, y que con facilidad despreciaban la ley divina y natural, creyó que podria hacerlos cumplir con sus deberes y apartarlos del culto de los ídolos, si los tenia asiduamente ocupados en las cosas divinas. Las cosas añadidas que dice haber mudado en mejores son tres; los sacrificios, á los que sucedió el incruento de la Eucaristía; las aspersiones, convertidas en el bautismo; y la adoracion al Señor, que entonces se hacia en cierto y determinado lugar, y ahora en todos los ángulos del mundo, y en todas partes se sacrifica y se ofrece á su nombre una hostia pura.

Tampoco debe estrañarse que se prohiba tambien aqui en este capítulo la lectura de los libros profanos: siendo la razon la necesidad de abolir todos los vestigios del gentilísimo, no solo los que se oponian á la piedad cristiana, como los sacrificios y demas culto de los dioses, sino todo lo que con sus consejos podia refrescar la memoria del error antiguo. Pero una vez afirmada ya la religion, cuando ya

(1) Matth. 11.

los hombres no se convertían al cristianismo sino que nacían cristianos, hubo mas libertad de leer los libros gentílicos, aunque con juicio y discernimiento, para que los fieles pudiesen de ellos sacar frutos y aprovecharse para el fomento de la piedad.

VIII.

De mulieribus malis.

Discamus enim, in sapientia quid dicat sanctus sermo: «Fili, custodi (1) sermones meos, praecepta mea reconde tibi; dic sapientiam sororem tuam esse, et prudentiam amicam acquire tibi, ut custodiat te a muliere extranea et mala, si te verbis blandis adoriatur. Nam a fenestra domus suae prospiciens in plateas, quem viderit ex filiis insipientibus adolescentulum vecordem, praetereuntem in foro, in biviis domus suae, et loquentem in tenebris vespertinis, quando quies nocturna fuerit et caliginosa: mulier autem occurrit illi ornata meretricio, ad faciendum juvenem evolare a corde: vaga autem est et dissoluta: domi non quiescunt pedes sui. Nam modò foris vagatur, modò in plateis per omnes angulos insidiatur, deinde apprehensum osculata est eum, et impudenti vultu affata est eum. Hostia pacifica mihi es, hodie reddo vota mea: idcirco exii obviam tibi, desiderans faciem tuam: inveni te: intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus ex Aegypto: adpersi cubile meum croco, domum meam cinamomo: veni, et fruamur amicitia, donec illucescat dies: veni, et implicemur amore»: et reliqua, quibus subjungit: «decepit illum multus sermo, et laqueis labiorum protraxit illum. Ipse autem sequitur eam delinitus»: et rursus dicit; «noli attendere mulieri (2) pravae: mel euim stillat a labiis mulieris fornicariae, quod brevi tempore impinguat guttur tuum. Postea amarius felle invenies, et acutius gladio ancipiti». Et rursus: «fuge, et ne moreris, neque figas oculum tuum in illam: multos enim vulnerans percussit, et innumerabiles sunt, quos interfecit. Quod si non feceris, mutaberis, inquit, in novissimis tuis, quando consumentur carnes corporis tui, et dices: quomodo odio habui doctrinam, et redargutiones justorum declinavit cor meum? non audivi vocem erudientis me, et docenti me non accommodavi aurem meam: propemodum factus sum in omni malo.» Nè pluribus testimonia producamus. Quod si aliqua omisimus, sapientes ipsi vobis legentes bona, ex sacris scripturis confirmemini, fugientes omnia prava, ut sancti reperiamini in vita aeterna apud Deum.

(1) Prov. 7.

VIII.

De las mugeres malas.

Aprendamos, pues, lo que dice Dios en la sabiduría: «hijo, guarda mis palabras, y esconde dentro de tí mis preceptos: dí que la sabiduría es tu hermana, y busca á la prudencia para amiga tuya, para que te guarde de la muger estraña y mala que te halaga con palabras blandas. La que mirando desde la ventana de su casa hácia la plaza, vió un jovencillo, mancebo insensato, que pasó por la plaza, por las esquinas de su casa, y hablando en las tinieblas de la tarde, cuando es ya de noche y oscuro; y le salió al encuentro una muger con atavíos de ramera para cazar al jóven, y esta es vaga y disoluta, y jamás descansa en su casa; pues unas veces anda vagando por las plazas, otras pone asechanzas por las esquinas. Y asiendo del mancebo le besó, y le habló con semblante desvergonzado: eres para mí un sacrificio pacífico, hoy cumplo mis votos, por eso he salido á tu encuentro deseosa de verte, y te he hallado: he encordado mi lecho, y le he cubierto con colchas de Egipto, he rociado mi cámara con mirra y mi casa con cinamomo. Ven y disfrutemos de la amistad hasta que amanezca: ven y embriaguémonos de amor»: á todo lo cual añade despues: «le engañó con muchas palabras, y le arrastró con los enredos de sus lábios; siguióla acariciado;» y despues dice: «no creas á la muger malvada, porque la miel destila de los lábios de la muger fornicaria, cuya miel engrasa en breve tiempo tu garganta, luego la encontrarás mas amarga que la hiel y mas aguda que una espada de dos filos;» y sigue «huye y no te detengas ni figes tu vista en ella, pues que hirió á muchos y es innumerable el número de los que ha muerto; y si no lo hicieres asi, serás mudado en tus postrimerias, cuando se hayan consumido las carnes de tu cuerpo, y dirás ¿por qué aborrecí la doctrina, y mi corazon se apartó de las reprensiones de los justos? No oí la voz del que me aconsejaba, y no presté oídos al que me enseñaba, por lo cual me hallé casi en todo lo malo.» Y para no producir mas testimonios, debemos decir que si hemos omitido alguno, vosotros, si sois sábios, leyendo cosas buenas, sereis confirmados con las escrituras santas, huyendo de todo lo malo para que os encontreis santos ante Dios en la vida eterna.

(2) Prov. 5.



IX.

De subiectione mulieris studiosae erga virum suum et temperatae.

Mulier, subdita esto viro tuo: quoniam caput mulieris vir est: viri ambulantis in via justitiae caput est Christus: Christi caput est Deus et Pater ejus. Igitur post omnipotentem Deum nostrum et Patrem, praesentis et futuri seculi Dominum, omnis spiritus et omnis virtutis creatorem, et post dilectum ejus filium Dominum nostrum Jesum Christum, per quem gloria Deo: time tuum virum o mulier, et reverere, illi soli placere studens, illi obsequens in ministeriis tuis: ut in te beatificetur vir per sapientiam, dicentem per Solomonem hae verba: «Mulierem fortem (1) quis inveniet? aestimabilior est lapidibus preciosis. Quae talis est, confidit in ea vir suus: talis spoliis non indigebit. Operatur enim viro bona omnibus diebus vitae suae, ducens lanam et linum: fecit utilia manibus suis. Facta est quasi navis mercaturam faciens, de longè congregans victum suum. Et surgit de nocte, deditque cibaria domui, et opera ancillis. Considerans agrum, emit eum, et de fructibus manuum suarum plantavit possessionem. Accingens lumbos suos, sustulit brachia sua, et gustavit quod bonum est operari, et non exstinguitur lucerna ejus in tota nocte. Cubitos suos extendit ad utilia, manus suas firmat ad fusum. Manus suas aperuit pauperi, et palmam extendit mendico. Non curat de iis, quae sunt, domi, vir ejus: omnes enim qui apud eam sunt vestiuntur stolis duplicibus. Chlamydes fecit viro suo, ex bysso et purpura vestimenta. Conspicuus in portis vir ejus, quin sedet in consessu cum senioribus habitantibus. Sindones fecit, et vendidit Phoenicibus, cingula autem Chananaeis. Gloriam et honorem induit, et gavisus est in diebus novissimis. Os ejus aperuit sapienter et opportunè et ordinem misit linguae suae. Angustae sunt semitae domus suae, et panem ociosum non comedit. Aperuit os suum sapienter et convenienter. Lex misericordiae in lingua ejus. Surrexerunt filii ejus, et ditatam laudaverunt eam: et vir laudabit eam. Multae filiae possederunt divitias, multae fecerunt virtutem. Tu autem supergressa es et superasti omnes. Falsa gratia, et vana pulchritudo mulieris ne sit tibi: mulier enim pia benedicatur, et timens Deum ipsa laudatur. Date ei de fructibus labiorum ejus, et laudatur in portis vir ejus.» Et rursum (2) «mulier fortis corona viro ejus.» Et rursum (3) «multae mulieres aedificaverunt domum.» Didicistis qualia encomia mulier temperata, et viri studiosa, capit a Domino Deo. Si fidelis et grata Deo cupis esse o mulier, noli te ornare, ut placeas alienis viris, et meretricum plicatu-

IX.

De la muger que desea agradar á su marido, y de la que se porta bien.

La muger debe estar sujeta á su marido, porque este es la cabeza de ella, y Cristo es la del hombre justo, y la cabeza de Cristo es Dios su Padre. Luego despues del omnipotente Dios nuestro, y de su Padre, señor del siglo presente y futuro, autor de todas las almas, y de los ángeles, y despues de Nuestro Señor Jesucristo, su Hijo muy amado, cuya gloria es con Dios, tema la muger á su marido y le reverencie, deseando agradar á él solo; y quando hubiere que servirle satisfaga su voluntad, para que la sabiduria alabe al marido por ella, pues dijo por boca de Salomon: «muger fuerte ¿quien la hallará? es mas estimada que las piedras preciosas. La que es asi, confia en ella el corazon de su esposo, y de desposos no tendrá necesidad. Le dará el bien y no el mal en todos los dias de su vida. Buscó lana y lino y lo trabajó con la industria de sus manos. Hízose como nave de mercader, que trae su alimento de lejos. Y se levantó de noche, y dió de comer á sus domésticos, y de trabajar á sus criadas. Puso la mira en un campo, y lo compró: del fruto de sus manos plantó una posesion. Ciñó de fortaleza sus lomos y levantó sus brazos, y conoció que es bueno trabajar, y no se apaga su linterna en toda la noche. Estiende sus codos á cosas útiles, y aplica sus manos al uso. Abrió sus manos al desvalido y las estendió al mendigo; su marido no cuida de las cosas domésticas, y todos los que estan en su casa visten ropas dobles; hizo para su marido colchas de lino y de púrpura. Su marido será visible en las puertas quando se siente con los senadores de la tierra: echó sábanas y las vendió á los fenicios y los cíngulos á los cananeos: se vistió de gloria y honor, y estuvo alegre en los últimos dias. Abrió su boca sabia y oportunamente, y puso orden á su lengua: son angostas las veredas de su casa, y no come el pan ocioso. Abrió su boca sábia y convenientemente, la ley de la misericordia se encuentra en su lengua: levantáronse sus hijos y la citaron por rica, y su marido la alabó. Muchas hijas poseyeron riquezas, muchas fueron virtuosas, pero tú las sobrepujaste y escediste á todas; huya de tí la falsa gracia y la vana hermosura mugeril, porque la muger piadosa es bendecida, y la que teme al Señor es alabada. Dadla de los frutos de sus lábios, y su marido sea alabado en las puertas.» Y despues: «la muger fuerte sirve de corona á su marido»; y mas adelante: «muchas mugeres edificaron casa.»

(1) Prov. 31.

(2) Prov. 12.

(3) Prov. 14.

ras, vestitus, calceamenta imitari, ad allicien- dum eos qui hujusmodi rebus tenentur. Nam quamquam tu non peccandi studio hoc nefas com- misisti, sed tantum cultus causa: tamen non ideo effugies poenam, quia illo ornatu coëgisti ali- quem, ut ad te concupiscendum induceretur, neque adhibuisti cautionem, ut neque tu in pec- catum incideres, neque alii in scandalum. Quod si tu quoque peccabis, laxata libidine, et tu de- liquisti, et illius animae rea facta est: deinde cum in uno peccaveris, veluti in desperationem ad- ducta, in alio rursum delinques, ut quae om- nem sensum doloris amiseris, quemadmodum affirmat divinus sermo: «impius (1), cum in pro- fundum malorum venerit, contemnit: advenit ei tristitia et opprobrium.» Talis enim mulier de- inde, ultra modum saucia, illaqueat animas in- sipientium. Videamus igitur, quomodo trium- phum agat de talibus divinus sermo: «odi supra mortem (2) mulierem, quae est laqueus et pla- ga animae. Ligatae sunt manus ejus.» Et alibi: «quasi (3) inauris aurea in naribus suis, sic mu- lieri insipienti pulchritudo.» Et rursum «sicut (4) in ligno vermis, sic perdit viros mulier malefi- ca.» Et rursum, «melius (5) est habitare in an- gulo aperto, quam cum muliere procaci et con- tentiosa.» Nolite igitur imitari vos tales mulieres cum sitis christianae. Si verò fidem servare ve- lis viro tuo, stude ut illi tantum placeas. In plateis verò caput tuum vela. Nam si te texeris, ab adspectu tui arcebis curiosos. Noli depingere os tuum quod fecit Deus, nihil est enim in te, quod ornatum desideret: quoniam omnia, quae fecit Deus, erant valde pulchra: accessio autem ornamentum in pulchro est importuna, et artificis laudem dedecorat. Demissis oculis viam tuam in- gredere, obvoluto capite, quemadmodum decet mulieres.

X.

Non debere mulierem lavare una cum viro.

Devita confusam una cum viris in balneo lo- tionem. Multa enim sunt retia mali. Mulier fi- delis cum viris ne lavet: nam si contegit faciem ut ab alienorum virorum adspectu os suum vere- cundè occultet: quomodo nuda cum viris talis mulier in balneum intrabit? Muliebre (6) si sit balneum cum pudore ordinatè et modestè lavet: neque superfluum lotionem faciat, neque multam, neque frequentem, neque in meridie: sed si fie-

- (1) Prov. 18.
- (2) Eccles. 7.
- (3) Prov. 11.
- (4) Prov. 23.

Tomo I.

Habeis oído cuántas alabanzas hace el Señor Dios de la muger púdica y amante de su marido: por lo cual tú, muger, si quieres ser fiel al Se- ñor y complacerle, no te adornes con objeto de agradar á los varones ajenos, ni tampoco imi- tes los pliegues de las rameras, ni su vestido, ni calzado, con intencion de atraerte á los que gusten de estas cosas: porque aun cuando tú no obraste así con ánimo de pecar; sin embargo, cometiste una maldad, por la cual no escaparás de las penas futuras, habiendo hecho pecar á otro, y habiendo sido causa de que te desearan; y por no haber precavido, que ni has de sucum- bir al pecado, ni has de servir de escándalo á otro. Y si tambien pecas entregándote, enton- ces eres delincuente, y ademas rea del alma ajena. Despues, habiendo ya delinquido con uno, luego llevarás á otros á pecar sin remor- dimiento, como dice la Escritura: *cuando el im- pio llega al hondo de los pecados, los desprecia, y le sobreviene la tristeza y el oprobio.* Y semejante muger atormentada estraordinariamente, en ade- lante enreda las almas de los nécios. Veamos, pues, cómo la Escritura Sagrada triunfa de tales personas; dice así: *«Aborrezco mas que á la muer- te á la muger que es lazo y llaga del alma: atadas se encuentran sus manos; y en otra parte: la her- mosura de la muger nécia es como un anillo de oro en sus narices; y despues: la muger maléfica pier- de á los hombres, como la carcoma al madero; y mas adelante: mejor es habitar en un rincon de- sierto que en compañía de la muger desvergon- zada y terca.* Y vosotras, cristianas, no imiteis semejante cosa; pues la que quiera ser fiel á su marido cuide de agradar á él solo. Cubre tu cabeza en las plazas, pues que haciendolo así, te ocultarás á los ojos de los curiosos. No pin- tes el rostro que Dios te dió, pues no hay na- da en ti que necesite adorno, puesto que todo lo que Dios fabricó es demasiado hermoso: y el adorno impúdico, añadido á una forma be- lla, deshonna afrentosamente la gracia del ar- tífice. Camina, pues, con los ojos bajos, y cu- bierta la cabeza, como deben ir las mugeres.

X.

Que la muger no se bañe donde los hombres.

Guárdate de bañarte con los hombres, pues que son muchas las redes del demonio: la mu- ger cristiana no debe bañarse donde haya hom- bres, pues si se cubre la cara para evitar con pudor las miradas de los varones ajenos, ¿có- mo entrará desnuda en los baños con ellos? Sea el baño de mugeres, y aun así tómese con modestia, vergüenza y moderacion, no super- fluamente, ni demasiado, ni muchísimas veces,

- (5) Prov. 21.
- (6) Haec duo adverbia ordinatè et modestè, usurpavit S. Ignatius ad Heronem.

ri potest, neque de die. Hora sit tibi constituta balneo decima. Oportet enim te, fidelis cum sis, omni occasione et undique supervacaneam oculorum sedulitatem declinare.

XI.

De contentiosa et procaci muliere.

Contentionem verò tuam adversus omnes, maximè verò adversus virum, praecide, fidelis cum sis, ne vir tuus (1), si infidelis fuerit vel gentilis propter te offensus, Deum blasphemet, et tu illius vae haereditatem apud Deum adepta repariaris. «Vae enim inquit (2) ei, propter quem nomen meum blasphematur (3) inter gentes.» Quod si fidelis vir tuus fuerit, cogetur tamquam scripturarum peritus dicere verbum, quod in sapientia invenitur scriptum, «melius est habitare in deserto (4), quam cum muliere procaci et contentiosa.» Quare mulieres per pudorem et mansuetudinem religionem ostendite, in conversationem et exhortationem fidei externis omnibus, sive mulieribus, sive viris. Et si his paucis admonitas instituimus vos sorores et filiae, et membra nostra, ipsae quoque tamquam sapientes, absque ullo vitae probro permanete. Quaerite ut disciplinam cognoscatis, per quam poteritis ad Domini nostri regnum bona ipsius voluntate pervenire et requiescere.

LIBER SECUNDUS.

Cap. I.

De episcopis, presbyteris et diaconis.

De episcopis audivimus a Domino nostro, Pastorem, qui constituitur episcopus per ecclesias in omni paroecia «oportere (5) esse sine crimine in quem non cadat reprobatio, expertem omnis iniquitatis hominum, non minorem annis quinquaginta:» quod quodammodo in hac aetate juveniles perturbationes et externas calumnias superavit adversus blasphemias, quae multis a quibusdam falsis fratribus infliguntur, qui non norunt verbum Dei, quod est in Evangelio: «qui locutus (6) fuerit verbum ociosum, redet de eo rationem Domino in die iudicii (7).» Et rursus. «ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.» Sit igitur, si fieri potest, eruditus et peritus in scientiam verbi convenienter aetati. Quod si in parva paroecia grandior natu aliquis non reperitur, qui testimonio probatus et sapiens, in episcopum constitui possit, juvenis verò ibi est, testimonium habens eorum, qui cum eo vixerunt, epis-

ni al medio día, y si puede ser ni aun diariamente: fíjese la hora del baño á la décima, porque conviene que la muger cristiana evite de todos modos y en todo tiempo la curiosidad general.

XI.

De la muger tenaz y descarada.

No seas, muger fiel, quimerista con nadie y en especial con tu marido, aunque éste sea infiel ó gentil, para que no sufra escándalo por tu causa blasfemando contra Dios; y tú ante este Señor merezcas aquella imprecación ¡Ay de aquel por quien mi nombre es blasfemado entre las gentes! Y si tu marido es fiel, se verá obligado, como enterado en las Escrituras, á decir lo que se encuentra escrito en la Sabiduría: es mejor habitar en una soledad que en compañía de una muger descarada y quimerista. Vosotras, pues, mugeres, manifestad por medio de vuestro pudor y buen genio la religion de Dios, y la piedad para con él á todos, y aun á los de fuera de casa, bien sean hombres, bien mugeres, para hacer que os imiten. Y el instruiros á vosotras, hermanas é hijas y miembros nuestros, con esta breve amonestacion, es para que por vuestra parte obreis como sábias sin oprobio en vuestra vida. Cuidad de saber la disciplina, con la cual podais aproximaros al reino de Nuestro Señor con gusto suyo, y descansar en él para siempre.

LIBRO II.

Cap. I.

De los obispos, presbíteros y diáconos.

Respecto á los obispos, hemos oído de Nuestro Señor, que conviene que el pastor á quien se ordena de tal para las iglesias de toda una parroquia, esté exento de crimen y reprehension, no tenga mancha alguna de injusticia humana, y haya cumplido cincuenta años, á cuya edad ya han desaparecido en cierto modo los desórdenes juveniles, y ya ha salvado las habilllas de los de fuera contra las blasfemias de algunos falsos hermanos, que las usan con muchos, ignorando que el Señor dijo en el Evangelio: «el que habla palabra ociosa dará cuenta á Dios en el día del Juicio;» y despues: «serás justificado por tus palabras, y condenado por tus palabras.» Sea tambien el obispo, si puede lograrse, erudito, ejercitado en la predicacion, correspondiente á la edad: y si para alguna pequeña parroquia no se encuentra uno de los años referidos, y hay otro de buena fama, y es ade-

(1) S. Ignatius ad Trall.

(2) Isa. 52.

(3) Rom. 2.

(4) Prov. 21.

(5) Tit. 1.

(6) Matt. 12.

(7) Ibid.

epatus munere illum dignum esse, in mansuetudine et modestia senectutem prae se ferens, et probatus talium testimonio commendetur, is constituitur in pace. Nam Salomon duodecimum agens annum, in Israele (1) regnavit: et Josias (2) octo annos natus, regnavit in justitia. Item Ioas (3) in septimo anno praefuit populo. Quare quanquam (4) juvenis, at mitis esto, timidus et quietus, quoniam per Isaiam Dominus Deus inquit. «Ad quem respiciam (5), nisi ad humilem et quietum, et timentem sermones meos per omnia?» Item in Evangelio hoc modo: «Beati mites (6), quoniam ipsi haereditabunt terram.» Sit vero et misericors: quoniam rursus dictum est, «beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam (7) consequentur.» Sit etiam bonae conscientiae, omni malitia atque improbitate vacuus: quoniam rursus dictum est (8), «beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.»

II.

Qualem oporteat esse episcopum et reliquos clericos.

«Sit igitur sobrius, temperans, moderatus (9), constans, placidus, non vinolentus, non percussor, sed aequus, non contentiosus, non avarus, non neophytus, ne in superbiam elatus, in iudicium et in laqueum incidat diaboli: quoniam omnis (10) qui se exaltat, humiliabitur.» Talem verò oportet esse episcopum, qui sit unius vir uxoris, quae quidem semel nupserit. Bene suae domui praesideat. Sic enim probetur, cum ordinationem capiens, in episcopatus loco collocatur, si sit honestus, fidelis, moderatus: si uxorem honestam habeat, vel habuerit: si filios religiosè educatos, et in disciplina Domini institutos produxerit: si domestici venerabiliter reverenterque omnes illi obediunt. Nam si secundum carnem propinqui, dissident ab eo, et parere ei nolunt: quoniam modo qui extra domum propinqui futuri sunt, ei parebunt?

III.

In quibus oporteat probari propositum episcopum.

Probetur igitur an vacet omni culpa in iis, quae ad communis vitae usum pertinent. Scriptum est enim: «exquirite (11) diligenter assumendum in sacerdotium.» Sit igitur expers irae, quoniam, inquit sapientia, «ira sapientes perdit.» Sit misericors, non illiberalis, charitate praeditus: quoniam dicit Dominus (12) «in hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si diligetis vos

mas sábio, puede ser creado obispo, porque aunque jóven, los que vivieron con él dieron buenos informes, y su modestia y mansedumbre le hacen aparecer cual un anciano. Salomon, pues, fué rey de Israel á los doce años: Josías tambien reinó con justicia no teniendo mas que ocho años, y Joas rigió á su pueblo á los siete años de edad. Y aunque jóven, sea dulce, timorato y tranquilo; pues el Señor dijo por medio de Isaías: «¿En quién pondré mis ojos sino en el humilde y pacífico, y en el que tiembla de mis palabras?» y en el Evangelio: «Bienaventurados los mansos, porque ellos heredarán la tierra.» Sea ademas misericordioso, porque se dijo tambien: «Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia.» Tenga igualmente buena conciencia, y esté puro de todo vicio, maldad é injusticia, porque asimismo se dijo: «Bienaventurados los de limpio corazón, porque ellos verán á Dios.»

II.

Cualidades del obispo y de los demas clérigos.

«Sea el obispo sóbrio, irrepreensible, moderado, constante, modesto, no dado al vino, no violento, justo, no disputador, no avaro, no neófito, ni soberbio, no sea que caiga en la condenacion y en el lazo del diablo, porque todo el que se exalta será humillado.» Tampoco debe el obispo haber estado casado mas que con una sola muger, la cual no debe haber sido esposa de otro sino suya, y ha de haber gobernado rectamente su casa. Tambien el que va á crearse obispo deberá ser honesto, fiel, moderado, y su muger, si la tiene, ó la que antes tuvo, ha debido ser púdica, ha de haber él cuidado de sus hijos piadosamente, y los ha de haber imbuido en los preceptos del Señor, y todos sus domésticos le han de temer, respetar y obedecer; pues si los hijos segun la carne son díscolos y amigos de cuestiones, ¿cómo los que han de vivir fuera de su casa se sujetarán á él, y le obedecerán?

III.

Averiguaciones que deben hacerse para la eleccion de obispo.

Debe, pues, saberse si está enteramente libre de vicio en aquellas cosas que pertenecen al uso comun de los hombres, pues que está escrito: «averiguad diligentemente quién es el que se va á constituir en el sacerdocio.» Tampoco ha de ser iracundo, pues que dice la Sabiduría: «la ira pierde tambien á los sábios;» sea ademas misericordioso, liberal, caritativo, pues el Señor dijo:

(1) Reg. 6.
(2) Para. 34.
(3) Para 23.
(4) S. Ignatius ad Trall.
(5) Isa. 66.
(6) Matth. 5.

(7) Ibid.
(8) Ibid.
(9) Tit. 3.
(10) Luc. 14.
(11) Lev. 21.
(12) Joan. 13.

invicem.» Sit facilis ad communicandum, studiosus viduarum, hospitalis, promptus ad suppeditandum, ad ministrandum paratum se exhibens, sine pudore inserviens, noscens quisnam dignior sit ut accipiat.

IV.

Quod non oportet singulis viduis suppeditare, sed aliquando nupta praeponenda est: et quod voratori, ebrio, inerti non est ministrandum.

Nam si quae vidua sit, quae possit sibi necessarios vitae usus parare, alia verò sit non vidua, sed tamen quae vel propter manuum imbecillitatem egestate laboret, in hanc potius manum porrigat. Si quis verò belluo, ebriosus, iners, inopia rerum vitae necessariorum prematur, non est is subsidio dignus, neque verò Dei ecclesia. Scriptura enim de iis inquit. «Quoniam abscondens piger manum suam in sinu, non (1) poterit admoveere ipsam in os suum.» Et rursum: «piger comprahendit (2) manus suas, et comedit carnes suas.» Omnis enim ebrius et fornicator mendicabit, et induetur scissa et lacera somnolentus.» Et alibi: «si dederis ad phialas et calices oculos tuos (3), postea ambulabis (4) nudior pistillo.» Verè enim pigritia mater est famis.

V.

Quod oportet Episcopum non esse acceptorem personarum in iudicando, et moribus moderatum, et victu frugalem.

Conviene reprender á los pecadores separadamente, y recibir á los poenitentes, segun la ordenacion del Señor.

Pero si estuviere persuadido de que en la boca de tres de vosotros consta toda palabra, hace entonces bien; *mas si aun siguiere pertinaz, díselo á la iglesia, y si á esta no oyere, tenle por gentil y publicano.* No le admitirás tampoco en adelante en la iglesia, cual cristiano, sino que huirás de él como de un gentil. Recíbele, no obstante, si quiere hacer penitencia: pues que no se admite al gentil ó publicano á la comunión sin arrepentirse de su impiedad anterior, porque nuestro Señor Jesucristo estableció la penitencia para los que se arrepienten.

XLIII.

Ejemplos de penitencia.

Yo, Mateo, uno de los doce, que predican con vosotros esta doctrina, soy apóstol; y habiendo sido antes publicano, ahora he alcanzado la misericordia mediante la fé, é hice penitencia de mis acciones pasadas, y se me encontró digno del apostolado y de predicar la palabra. Y Zachaeo, á quien el Señor recibió en penitencia,

(1) Dan. 13, Genes. 39.
(2) Iac. 1.
(3) Matth. 18.

(4) Prov. 14.
(5) Matth. 18.
(6) Matth. 9.

cepit (1) in poenitentia illi supplican-tem, item publicanus antea fuerat. Jam verò milites et publicanorum turba, cum accederent ad Dominum de poenitentia sermonem, audierunt a propheta Johanne post baptismum: «Nihil plus quam quod (2) ordinatum est vobis, facite.» Eodem modo ethnici spem vitae non amiserunt, si per poenitentiam incredulitatem abjecerint. Quare uti publicanum et ethnicum habeas illum, qui de opere malo correptus, poenitentiam agere recusat. Et ethnici, si postea dolere, et ab errore redire volent, eos in ecclesiam recipimus, ut verbum audiant: non tamen communionem habemus cum eis, quousque recepto baptismi sigillo, initiati sint. Eodem modo poenitentes quousque poenitentiae fructum non ostenderint, permittimus ecclesiam ingredi, quò verbum audientes, funditus non intereant: non habeant autem communionem orationis, sed discedant post lectionem legis, prophetarum, et Evangelii: ut per discessum meliores evadant in vitae consuetudine: studentes ad conventus quotidie venire, et precibus operam dare, quod et ipsi recipi valeant, et eos, qui vident, compungantur, cautioresque fiant, verentes ne in similia incidant.

XLIV.

Quòd non oportet inimicum animum habere adversus illos, qui semel bisve peccant.

Noli tu abominari o episcopo eum, qui uno alterove peccato lapsus est: nec illum Dominico sermone prohibeto, neque a communi victu rejicito: quoniam neque Dominus recusabat cum publicanis et peccatoribus cibum capere, quod cum ei a Phariseis objiceretur, dicebat: «Non opus (3) habent, qui valent, medico, sed qui aegrotant.» Versamini igitur, et consuetudinem habete cum iis, qui propter peccata segregati sunt, eos procurantes, consolantes, confirman-tes, dicentesque iis: «Corroboramini manus dissolutae, et genua (4) debilitata.» Consolari enim oportet lugentes, et parvi animi hominibus alacritatem injicere, ne ob magnitudinem moestitiae in dementia incidant, quoniam pusillanimis valde insipiens est.

XLV.

Quomodo oporteat recipere poenitentem, et quomodo cum peccatoribus agendum sit, et qui sint ab ecclesia abscindendi.

Si quis conversus poenitentiae fructum ostenderit, ad orationem eum admitti oportet, uti filium illum perditum et prodigum, qui con-

porque se lo suplicó, habia sido antes tambien publicano; y los soldados y una turba de publicanos habiéndose aproximado á escuchar la palabra del Señor acerca de la penitencia, oyeron al profeta Juan despues del bautismo: *no haced otra cosa sino lo que se os ha ordenado.* Del mismo modo los gentiles no pierden la esperanza de vida, arrepintiéndose de su incredulidad mediante la penitencia. Por lo cual tendrás como á publicano y gentil al que reprendido por sus malas obras no quiera hacer penitencia. Y á los gentiles que despues se arrepienten y quieren volver de su error los recibimos en la iglesia, para que oigan la palabra; pero no estamos en comunion con ellos hasta que reciben el bautismo. Del mismo modo permitimos que los penitentes entren en la iglesia hasta que den fruto de penitencia, y para que oyendo la palabra no perezcan del todo: mas no tendrán comunion en la oracion, sino que se marcharán despues de la lectura de la ley, de los profetas y del Evangelio, para que saliendo corrijan sus costumbres: y tendrán cuidado de venir diariamente á las reuniones de la iglesia, y rogar á Dios para que puedan ser admitidos, y para que se arrepientan los que los ven, y se hagan precavidos, temiendo no les suceda otro tanto.

LXIV.

Que no conviene abominar á los que peccan una ó dos veces.

No quieras, obispo, abominar al que ha cometido uno ó dos pecados, ni le prives de oír las palabras del Señor, ni le rechaces de comer en compañía; porque el Señor no rehusaba comer con los publicanos y pecadores; y cuando se lo echaban en cara los fariseos, decia: *los que estan sanos no necesitan de médico, sino los enfermos.* Trataos, pues, con aquellos que se encuentran segregados por sus culpas, cuidando de ellos, consolándolos, confirmandolos y diciéndoles: *fortaleceos, manos disueltas y rodillas debilitadas.* Conviene, pues, consolar á los que lloran, é introducir alegría en los hombres de ánimo apocado, no sea que caigan en la demencia á causa de su gran tristeza, *porque el pusilánime es muy necio.*

XLV.

Cómo se ha de recibir al penitente, y cómo se ha de tratar con los pecadores, y quiénes deben ser separados del gremio de la iglesia.

Si algun convertido hiciere frutos de penitencia, conviene que se le admita á la oracion, como á aquel hijo perdido y prodigo que des-

(1) Luc. 19.
(2) Luc. 3.

(3) Matth. 9.
(4) Heb. 12 et 6.

sumptis bonis cum meretricibus, porcos pascebat, et siliquis satur fieri expetebat, cum nemo illi daret. Deinde cum poenitentia ductus, et ad patrem reversus, dixisset: «Peccavi in coelum et coram te, et non sum amplius dignus vocari filius tuus, eum amantissimus pater cum musicis recepit, redditaque illi veteri stola, anulo, et calceamentis, atque occiso vitulo saginato, laetatus est cum amicis.» Idem fac tu episcopo. Sed quemadmodum gentilem per lavacrum recipis post ejus institutionem, ita hunc per manuum impositionem uti per poenitentiam purgatum, omnibus pro eo rogantibus, in pristinum statum restitues, et erit ei in locum lavacri impositio manuum. Nam per impositionem manuum nostrarum credentibus Spiritus Sanctus dabatur. Ac si quis ex firmis fratribus objiciat tibi, quod hunc in gratiam recepisti, dic ei: «Tu semper (1) mecum es, et mea omnia tua sunt: gaudere debebas et laetari, quod frater hic tuus erat, et revixit: perierat, et inventus est. Quod autem Deus poenitentes non modò recipit, sed etiam eos in pristinum gradum restituit, idoneus testis est sanctus David, qui post commissum in Uriam delictum, rogabat Deum, dicens: «Redde mihi exultationem (2) salutaris tui, et spiritu principali confirma me.» Et rursum: «Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et Spiritum tuum sanctum ne auferas a me.» Tu igitur uti clemens medicus, peccatores omnes cura, utens accommodatis ad salutem medicamentis, non modò secando, urendo, novaculam adhibendo: sed etiam alligando, exiccando, injiciendo medicamenta lenia, cicatricem obducentia, emolliendo sermonibus consolatoriis. Si vulnus altum fuerit, reficito suavi unguento, ut repletum, reliquis partibus aequetur. Si sordes collegerit, novacula perpurgato, hoc est, sermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri collyrio complanato, hoc est, judicii minis. Si serpat, cauterio cohibeto, tabemque excidito jejunii acrimonia. Quod si haec feceris, viderisque a pedibus usque ad caput non prodesse fomenta, non oleum, non fascias, sed serpere tabem, superareque omnem medicinam, veluti cancrum omnia membra excedentem: tunc re multum considerata ac deliberata, adhibitisque aliis peritis medicis, tabidum membrum abscindito, ne totum ecclesiae corpus contabescat. Noli igitur esse facilis ad abscindendum, neque citò ad dentatam serram curras, sed primùm utaris cultello abscesum dividens, ut causa, quae dolorem faciebat, expulsa, corpus sinè dolore conservet. Quod si aliquem impoenitentem atque obduratum videris,

pues de consumidos sus bienes con las ramerás llevaba á pacer puercos, y deseaba poder saciarse de mondaduras, y nadie se las daba. Despues, quando tocado de la penitencia se volvió al padre, y le dijo: *he pecado contra el cielo y en presencia tuya, y no soy ya digno de llamarme tu hijo; su padre, lleno de regocijo, le recibió con músicas y le devolvió su antigua estola, anillo y calzado, y muerto un becerro cebado se alegró con sus amigos.* Haz tú, obispo, esto mismo; y así como recibes despues del bautismo al gentil cuando ya está instruido, del mismo modo restituirás á su antiguo estado al penitente mediante la imposicion de manos, como limpio ya, y rogando todos por él, y en lugar de bautismo le impondrás las manos: pues que el Espíritu Santo se daba á los creyentes por medio de esta ceremonia. Y si algun hermano te reprende porque le has admitido á tu gracia, dile: *tú siempre estás conmigo y todos mis bienes son tuyos; debias regocijarte y alegrarte porque éste, tu hermano, que habia muerto ha revivido, habia perecido, y se le ha encontrado.* Y de que Dios no solo recibe á los poenitentes, sino que los restituye á su antiguo grado, es buen testigo David, quien despues del delito cometido contra Uriás, rogaba á Dios, diciendole, *vuélveme la alegría de tu salud y confórtame con un espíritu principal;* y despues: *aparta tu rostro de mis pecados y borra todas mis iniquidades; crea en mí, Dios mio, un corazon puro, y renueva en mis entrañas un espíritu recto.* Tú, pues, como un médico clemente cuida de todos los pecadores, empleando medicinas adecuadas para cada uno, no solo cortando, quemando, ó haciendo uso de la navaja, sino ligando, secando, introduciendo medicinas suaves, cicatrizando y ablandando con palabras de consuelo. Si la herida fuere profunda, cúrala con unguento suave, para que despues de llena se iguale con las restantes partes. Si encontrases putrefaccion, córtala con la navaja, esto es, con amonestaciones adecuadas; si se hincharé, emplea el colirio ácre, esto es, las amenazas del juicio, si se dilata ocultamente, propina el cauterio, y corta lo malo con la acrimonia del ayuno. Y si hicieres esto, y vieres que no aprovecha ninguna de las medicinas, ni el aceite, ni las fajas, ni la separacion, y que es á manera de un cáncer que corroe todos los miembros, entonces, despues de considerar y deliberar con mucha detencion, y consultando con otros médicos prácticos, corta el miembro podrido, para que no se inficione el cuerpo de la iglesia. Pero no hagas esto con facilidad, ni acudas prontamente á la sierra, sino que debes usar primero del cuchillo, para que espeliendo lo que causaba el dolor, se con-

(1) Luc. 13.

(2) Psalm. 50.

tunc cum tristitia et luctu medicinam respuen-
tem ab ecclesia abscinde. «Tollite enim malum de
vobis (1), et timoratos facite filios Israel.» Et
rursum: «Non accipies personam divitis (2) in
judicio, quoniam judicium Domini est.»

XLVI.

Quòd oportet judicem non esse acceptorem personarum.

Quòd si falsa fuerit criminis accusatio, vosque
pastores una cum diaconis vel ob personarum
gratiam, vel ob munus pactorem, falsum
pro vero acceperitis, volentes criminatori grati-
ficari, reumque accusatum illum quidem, sed
innocentem, ab ecclesia ejeceritis, rationem red-
detis in die Domini. Quoniam scriptum est: «In-
nocentem et justum (3) non occides: non ca-
pies munera ut percutias animam. Munera enim
excaecant oculos sapientum, et perdunt verba
justa.» Et rursum: «Justificantes impium pro
donis, et quod (4) justum est, a justo tollen-
tes.» Cavete igitur a condemnando aliquo injus-
tè, et ab improbis defendendis. «Vae enim (5)
dicentem bonum malum, et malum bonum: ama-
rum dulce, et dulce amarum: ponenti lucem te-
nebras, et tenebras lucem.» Nam si alios injustè
condemnatis, ipsi contra vos pronunciat, quo-
niam ait Dominus: «Quo judicio judicatis (6), ju-
dicabimini: et quo condemnatis, condemnabimi-
ni.» Quare si nulla personarum ratione habita,
judicaturi estis, cognoscite eum, qui falso tes-
timonio accusat proximum, ostenditeque esse
calumniatorem, invidum, interfectorem, per-
turbatorem, oratione inconstantem, sibi pug-
nantem in iis quae loquitur, et verbis proprii
oris convictum. Laqueus enim validus infidet in
ejus labiis: quem refutatis ejus mendaciis, severe
judica, et gladio ignis trade: facque tu in eum,
quemadmodum ille cogitabat in proximum face-
re. Nam quod locutus est, quantum ad eum atti-
net, occidit fratrem, iudicis auribus occupatis.
«Scriptum est autem, quod (7) fundens sangui-
nem hominis, pro sanguine ipsius effundetur, et
tolles sanguinem innocentem a te effusum.»

XLVII.

Quomodo oporteat calumniatorem punire.

Ejicite eum extra coetum vestrum veluti fra-
tris interfectorem: deinde interjecto tempore,
si se poenitere confessus fuerit, premitte cum

(1) Num. 23, 1. Cor. 5.
(2) Exod. 23.
(3) Ibid.
(4) Isa 5.

serve el cuerpo sin él. Y si vieres alguno impeni-
tente y endurecido, y que desecha las medicinas,
entonces despídele de la iglesia con tristeza y
luto; pues se dijo: *quítad de entre vosotros al
malo, y haced timoratos á los hijos de Israel*; y
en otro pasage: *no harás acepcion de la persona
del rico en juicio, ni te compadecerás en él del po-
bre, porque el juicio es del Señor.*

XLVI.

Que el juez no haga acepcion de personas.

Mas si la acusacion criminal fuere falsa, y
vosotros, pastores, en union de los diáconos,
ó por acepcion de personas, ó por haber pac-
tado recibir algo, tomareis lo falso por verda-
dero, queriendo congratularos con el criminal;
y arrojareis de la iglesia al que estaba reputado
por reo, pero que era inocente, dareis cuenta de
vuestro proceder en el dia del Señor; porque
está escrito: *no matarás al inocente y justo; no
recibirás dádivas para herir el alma; pues que
estas ciegan los ojos de los sábios, y pierden las
palabras justas*; y en otra parte: *justificando al
impío por sus dones, y quitando al justo lo justo.*
Guardaos, pues, de condenar injustamente á
nadie, y de defender á los malvados. ¡Ay, pues,
de aquel que llame á lo bueno malo, y á lo malo
bueno, á lo amargo dulce, y á lo dulce amargo,
á la luz tinieblas, y á estas luz! Mas si con-
denasteis injustamente á otro, pronunciais contra
vosotros mismos la sentencia, porque el Señor
dijo: *con el juicio con que juzgareis, sereis juz-
gados; y con el que condenareis, sereis condena-
dos.* Por lo cual, si habeis de juzgar sin nin-
guna acepcion de personas, debeis conocer al
que acusa falsamente al prójimo, y manifestar
que es un calumniador, envidioso, perturbador,
inconstante en sus dichos, y en contradiccion con
sus propias palabras, y convencido por ellas:
pues se encuentra un lazo fuerte en sus lábios.
Juzga severamente á aquel cuyas mentiras estan
descubiertas, y entrégale á la espada del fuego,
y haz con él, lo que él queria hacer con su
prójimo; porque en cuanto estuvo de su parte
trató con sus palabras de matar á su hermano,
engañando al juez: pues está escrito: *que aquel
que derrama la sangre del hombre, le será der-
ramada la suya, y que recaerá la sangre ino-
cente sobre la cabeza del homicida.*

XLVII.

Como conviene castigar al calumniador.

Arrojad al calumniador de vuestra compañía
como á fraticida; mas pasado tiempo, si con-
fesare estar arrepentido, prescribele ayunos, des-

(5) Ibid.
(6) Matth. 7.
(7) Gen. 9.

jeiuniis: postea manu ei imposita recipite, prius tamen fide accepta, se neminem posthac turbaturum. Quod si reversus in ecclesiam, eodem modo seditionem moveat, et studio contentionis comparans crimina, non desinat fratrem perturbare et vexare: exterminate eum, veluti hominem pestilentem, ne ecclesiam Dei evertat. Talis enim homo civitatem perturbat, et si intra ecclesiam manet (quod decorum non est) illi existit inutilis et superfluum, inquinans, quantum in se est, Christi corpus. Nam si quidam homines, qui a suo ortu superflua membra reliquo corpori adjuncta habent, veluti digitos vel carnis processus, propter turpitudinem illas eminentias abscindunt, nihilque fit iis indecorum, cum per artificem naturalem corporis habitum recipiunt: quanto magis id facere debetis vos pastores, cum sit ecclesia corpus perfectum, constans ex integris membris in Deum credentibus in timore Domini et charitate? Scilicet cum invenitur membrum aliquod superfluum, improba sapiens, et reliquum corpus deturpans, atque perturbans seditione, contentione, detractatione afferens ei timores, molestias, maculas, detractationes, crimina; perturbationes, et hujusmodi diaboli opera: operam dans, veluti ad id delectus a diabolo, ut nihili fiat ecclesia per blasphemias, tumultus, contentiones, dissensiones. Is igitur extra ecclesiam iterum eiectionis, a coetu Domini merito absconditur: ornatioque est Dei ecclesia, quam antea, cum illud superfluum et a se alienum membrum nutriebat. Ideo neque in blasphemiam amplius, neque in contemptum incurrit, liberata improbis, dolosis, contumeliosis, ferocibus, proditoribus, honestati infestis, voluptuosis, vanae gloriae cupidis, deceptoribus, ostentatoribus, qui sibi proposuerunt dispergere, immo vero dissipare agnos Domini. Tu autem episcopo, stude unà cum clero tibi subjecto, rectè tractare verbum veritatis, quoniam dicit Dominus: «Si obliquè (1) contra me ambulatis, et ego contra vos obliquè ambulabo.» Et alio in loco: «Cum sancto sanctus eris, et cum innocente innocens eris, et cum (2) perverso perverteris.» Sanctè igitur ambulate, ut laude potius a Domino, quam contra reprehensione digni judicemini.

XLVIII.

Quòd oportet diaconum levare onus episcopi, et leviora gubernare.

Concordiam tenentes o episcopi, pacem inter vos servate, misericordes et fratrum amantes,

(1) Levi 26.

pues recíbele con imposición de manos; pero dando antes palabra de que en adelante no incomodará á nadie. Mas si vuelto á la iglesia sigue como antes moviendo sediciones y achacando delitos por gusto de chocar, perturbando al hermano é incomodándole, arrójale como á un hombre pestilente, para que no trastorne la iglesia de Dios. Semejante hombre altera el estado y si permanece dentro de la iglesia (lo que es indecoroso) es inútil y superfluo, manchando además, en cuanto está de su parte, el cuerpo de Cristo. Y si algunos hombres que desde su nacimiento tienen miembros superfluos, unidos á los restantes de su cuerpo, como dedos ó protuberancias de carne, cortan aquellas prominencias por evitar la fealdad, pues que no es indecoroso recobrar la hermosura natural por habilidad de artífice, ¿con cuánta mas razon debéis vosotros, pastores, obrar así siendo la iglesia un cuerpo perfecto, constando de miembros íntegros que creen en Dios y en su temor y caridad? Pues cuando se encuentra algun miembro superfluo, improbo, que afea al resto del cuerpo, y que perturba con sediciones, choques y detracciones, causándoles temor, molestias, manchas, fealdad, crímenes, trastornos y otras cosas diabólicas semejantes, como si hubiera sido elegido espresamente por el diablo, para que no se hiciera nada en la iglesia sino por blasfemias, tumultos, disputas y disensiones, se le arroja otra vez de la iglesia, y con razon se le separa de la reunion del Señor, quedando la iglesia de Dios mas hermosa que antes, cuando alimentaba aquel miembro superfluo y ageno de ella. Y por lo tanto ni cae en blasfemia ni vuelve á incurrir en desprecio cuando se vé libre de los improbos, pérfidos, contumeliosos, feroces, traidores, enemigos de la honestidad, voluptuosos, vanos, mentirosos y de los que quieren parecer sábios, cuyo oficio es estraviar los corderos del Señor y aun concluir con ellos. Tú, pues, obispo, cuida en union de tu clero de tratar rectamente la palabra de la verdad, porque dice el Señor: *si os paseais oblicuamente contra mí, yo me pasearé oblicuamente contra vosotros*: y en otra parte, *con el santo serás santo, y con el inocente inocente; mas con el perverso te pervertirás*. Caminad, pues, santamente, para que el Señor os alabe, en vez de reprehenderos.

XLVIII.

Que conviene que el diácono ayude al obispo y que gobierne las cosas de menor entidad.

Haya concordia y paz entre vosotros, obispos; sed misericordiosos y amantes de los her-

(2) Psalm. 17.

accurato studio pascite populum, unanimi mente docentes vobis subjectos, eandem sententiam habere, et idem de iisdem rebus sentire. Ne sint in vobis schismata: sitis autem unum corpus et unus spiritus perfectus, eadem mente et eadem sententia secundum Domini mandatum. Atque omnia quidem diaconus ad episcopum referat, ut Christus ad Patrem refert, sed quae potest ipse, per se gubernet, accepta ab episcopo potestate, ut Dominus a Patre et creandi et providendi potestatem accepit. Graviora episcopus iudicet. Verum esto diaconus episcopi auditus, oculus, os, cor, anima. Ne sit in multis sollicitus episcopus, sed tantum in praecipuis, quemadmodum et Ithor Mosem (1) admonuit, et ejus consilium probatum fuit.

XLIX.

Quod non est conveniens Christiano controversia et altercatio.

Praeclara christiani laus est, cum nullo habere negocium. Quod si ex aliqua vexatione vel tentatione lis alicui oriatur, curet ut ea transigatur, etiam si detrimentum pati debeat: nec ac ethnicum (2) iudicium accedat, sed nec patiatur mundanos magistratus de nostris jus dicere. Nam per illos diabolus servos Dei vexat, et nobis notam inurit, quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter partes jus administrare, et controversias componere.

L.

Quod non oportet fideles coram infidelibus litigare, neque ex iis aliquem testem vocare adversus Christianum.

Non cognoscant ergo gentes controversias, quae inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium testimonia recipialis, neque ab iis iudicari velitis, neque iis aliquid tribuatis, commodi metusve causa: «Sed reddite quae sunt Caesaris, Caesari (3): quae Dei, Deo; veluti tributum, census, didragmum:» quemadmodum Dominus noster cum dedisset staterem, molestia liberatus est. Opta igitur potius detrimentum pati, et iis, quae ad pacem pertinent, intende, non solum erga fratres, sed etiam erga infideles. Nam si in commodis vitae iacturam pateris, in iis quae ad Deum pertinent, damni nihil facis, cum pius sis, et secundum Christi mandatum vivas. Quod si fratres inter se de iis rebus controversias habent (quod absit) hoc ipso praepositi intelligere debetis, quod qui tales sunt, fratrum in Domino officio non funguntur, sed potius infensorum inimicorum; atque unus quidem ex ipsis invenietur mitis, probus, filius lucis; alius verò immanis, contumax, injustus. Condemnatus igitur, mulctetur, segregetur, poenas odii adversus fratrem pendat:

manos, apacentad con cuidado al pueblo, enseñándole unánimemente, que no haya mas que un modo de pensar entre vuestros súbditos acerca de idénticas cosas. No haya cismas; sed todos un cuerpo y un espíritu perfectos, una misma mente y sentencia segun el mandato del Señor. Todas las cosas el diácono las refiera al obispo, como Cristo al Padre; pero gobierne por sí lo que pueda, recibida para ello potestad del obispo, asi como el Señor recibió de su Padre el poder de crear y proveer. El obispo juzgue los asuntos mas graves; pero el diácono sea el oído, ojo, boca, corazón y alma del obispo: no cuide este de muchas cosas, sino de las mas principales, pues que Jethró amonestó á Moisés, y fué aprobado su consejo.

XLIX

Que no conviene al cristiano la controversia y altercados.

La mayor alabanza de un cristiano es el no tener asuntos con nadie; pero si se origina un pleito por algunas vejaciones ó tentaciones, cuide transigirle, aunque parezca que sufre detrimento; ni acuda á los jueces gentiles, ni tampoco permita que los magistrados de estos juzguen á los cristianos; pues por medio de ellos el diablo incomoda á los siervos de Dios, y les pone una nota, como si nosotros no tuviéramos un sábio, que entre las partes pueda administrar justicia, y arreglar sus controversias.

L.

Que no conviene que los fieles litiguen ante infieles, ni que llamen á ningun testigo infiel en contra de un cristiano.

No conozcan, pues, los gentiles las disputas que hay entre vosotros, ni en contra vuestra admitais los testimonios de los infieles, ni queráis ser juzgados por ellos, ni les atribuyais cosa alguna por comodidad ó miedo, sino dad al César lo que es del César, y á Dios lo que es de Dios, como el tributo, el censo y el didragmo; á imitacion de nuestro Señor que despues de haber pagado la estétera se vió libre de molestia. Elige mejor salir perjudicado, y procura la paz, no solo entre los hermanos, sino entre los infieles; pues si sufrieres alguna pérdida en los bienes terrestres, no será así en los celestiales, siendo piadoso, y viviendo segun el mandato de Cristo. Pero si los hermanos litigan entre sí acerca de las cosas mundanas (lo que Dios no quiera) debeis los prepósitos tener entendido, que semejantes súbditos no hacen oficios de hermanos en el Señor, sino mas bien de enemigos dañinos; y uno de estos será dulce, probo é hijo de la luz, y el otro cruel, contumaz é injusto. El condenado, pues, sea casti-

(1) Exod. 18.

(2) 1. Cor. 6.

(3) Matt. 22, Rom. 13, Matth. 17.

deinde si eum poeniteat, recipiatur: sicque castigati homines, leviora vobis reddent iudicia. Oportet enim inter se condonare injurias, non eos qui judicant, sed eos quibus injuria illata est, quemadmodum Dominus pronunciavit, cum ego Petrus eum interrogassem. «Quoties in me frater meus (1) peccabit, et remittam ei? usque septies?» Et ipse respondisset: «Non dico tibi, usque septies: sed usque septuagies septies.» Tales enim Dominus vult suos esse discipulos, nihilque omnino eos habere adversus quemquam, veluti effrenatam iram, vel immanem furorem, vel injustam cupiditatem. Ita perturbatos igitur reducite in amicitiam, inimicitias irretitos in concordiam, quoniam ait Dominus. «Beati pacifici, quoniam (2) ipsi filii Dei vocabuntur.»

LI.

Quod oportet in secunda sabbatorum cognoscere causas.

Judicia vestra fiant in secunda sabbatorum, ut si qua controversia ex sententia vestra oriatur usque ad sabbatum, libera sit vobis facultas, qua possitis illam controversiam componere, et pacem conciliare inter eos qui litigant. Adsint autem iudicio diaconi et presbyteri, integrè iudicaturi, veluti Dei homines cum justitia. Cum utraque persona venerit, prout lex jubet, ambo qui litigant, statuatur in medio tribunali, iisque auditis, sanctè (3) iudicium pronunciate: studentes ante sententiam episcopi, eos conciliare, ne exeat supra terram iudicium in peccatorem, prout in tribunali consortem participemque causae habet Christum Dei. Quod si qui, eò quod non rectè ambulant in Domino, de blasphemias erunt ab aliquo redarguti, eodem modo audite utramque personam, accusatoris et rei, non corrupti muneribus, neque in alteram partem propensi, sed cum justitia tanquam vitae aeternae mortisque sententiam ferentes. «Justè enim (inquit) quod (4) justum est, persequeris.» Nam qui jure a vobis supplicio afficit, atque ejicitur, a vita gloriaque aeterna expellitur, et apud homines sanctos infamia notatus, et apud Deum iudicatus habetur.

LII.

Quod non oportet pro omni delicto eandem poenam inferre, sed differentem pro varietate peccati.

Nolite pro omni peccato eandem sententiam ferre, sed unicuique propriam poenam statuere cum multa prudentia, iudicantes singula delicta parva ac magna: atque aliter quidem aestimabitis peccatum operis vel sermonis, aliter propositi vel convicii vel suspicionis. Atque alios quidem

gado, segregado y pagará las penas del odio contra el hermano; pero si despues se arrepiente, recíbasele. Conviene, pues, perdonarse mutuamente las injurias, no los jueces, sino á los que se les ha irrogado afrenta, pues el Señor, cuando yo Pedro le pregunté *¿cuántas veces pecará mi hermano contra mí y le perdonaré? ¿acaso siete veces? respondió, no te digo que siete veces, sino setenta veces siete.* El Señor quiere que sus discípulos no tengan contienda alguna contra nadie, ni ira desenfrenada, gran furor ó injusta codicia: reducid á la amistad á los que están alterados, y á los enemistados ponedlos en paz, porque dijo el Señor: *bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios.*

LI.

Que conviene fallar las causas en la segunda feria.

Vuestros juicios tengan lugar en la segunda feria despues de los sábados, porque si de vuestro fallo nace alguna controversia, teneis facultad de terminarla hasta este dia y conciliar en este tiempo á los litigantes. Asistan, pues, al juicio los diáconos y presbíteros para fallar íntegramente con justicia, cual hombres de Dios. Cuando llegaren los litigantes, segun manda la ley, colóquense en medio del tribunal, y oidos ambos, pronunciad santamente el juicio, procurando avenirlos antes de que el obispo dé la sentencia, para que no salga sobre la tierra el juicio contra el pecador, como que en el tribunal tiene al consorte y partícipe de la causa, el Cristo de Dios. Y si por no andar algunos por el camino del Señor, fueren acusados como blasfemos, oid de la misma manera al acusador que al reo, no dejándoos corromper por dádivas, ni inclinándoos á ninguna de las partes, sino sentenciando con justicia, como si fallarais acerca de la vida, ó de la muerte eterna; pues el Deuteronomio dice: *perseguirás justamente lo que es justo;* porque el que con razon sufre por vosotros el suplicio y es arrojado de la iglesia, es tambien espelido de la vida y de la gloria eternas, y se le tiene por infame entre los hombres santos, y se le reputa tambien juzgado ante Dios.

LII.

Que no conviene aplicar la misma pena por toda clase de delitos, sino diferente, atendida la variedad del pecado.

No impongais por toda clase de pecados una misma sentencia, sino que debeis establecer con mucha prudencia para cada uno pena propia, juzgando en particular de los delitos grandes ó pequeños, no teniendo por igual al de obra que al de palabra, al de intencion que al de ultra-

(1) Matth. 18.

(2) Matth. 5.

(3) Exod. 22.

(4) Deu. 1 et 16.

minis subjiçies, alios subsidiis pauperum, alios jejuniis affliges, alios segregabis pro delicti magnitudine. Nam lex quoque non omnibus delictis eandem poenam decrevit, sed aliter puniebat quae in Deum, et quae in sacerdotem, et in sacrum, et in hostiam committebantur: aliter quae in regem et principem, atque ea quae in militem et in subditum aequalem, sive quae in servum vel in bona, vel in bruta delinquebantur. Et rursum non erat eadem ratio peccati in parentes, atque consanguineos, et non eodem modo vindicabantur, quae ex proposito fiebant, et quae casu: atque illis quidem mors per crucem, vel per lapides poena statuebatur: iis multa, vel verbera, vel talionis poena. Quare vos quoque diversis delictis poenas imponatis, ne forte aliqua injuria interveniens, provocet Deum ad iram. Nam si quod injustum iudicium exercebitis, ejus a Deo mercedem capietis. «Sicuti enim iudicio, iudicatis (1), iudicabimini.

LIII.

Quales oporteat esse accusatores et iudices.

Sedentes igitur pro tribunali, praesentibus ambabus personis, (non enim eos dicemus fratres, quousque pacem inter se conciliaverint) exquirite diligenter de iis, quae in iudicium adducuntur. Et primum de accusatore, an nunc primum accusaverit, an aliorum nomen detulerint: num ex simultate ipsorum, an ex contentione crimen natum videatur: qualis sit ejus vitae consuetudo: ac cum talis bonae conscientiae repertus fuerit, tamen non habeatur fides soli. Est enim id contra leges, sed habeat is alios testes similibus moribus praeditos, prout lex jubet: «In ore (2) duorum vel trium testium stabit omne verbum.» Eam autem ob causam diximus, mores illorum investigandos esse cujusmodi sint, quoniam saepenumero evenit, ut duo vel plures in re mala testimonium dicant, et concorditer falsum defendant, quod factum est Babylone a duobus senibus in Susannam, et Samariae (3) a filiis iniquorum in Nabuthae, et in Jerusalem a multitudine judaeorum in Dominum et in Stephanum ejus protomartyrem. Testes igitur sint mites, irae expertes, boni, charitate praediti, temperantes, continentis, ab improbitate alieni, fideles, pii: nam talium hominum propter mores firmum, et propter vitam eorum

je ó sospecha. A unos se les amenazará, á otros se les castigará con limosnas para los pobres, á otros con ayunos, y á otros se les segregará, en atención á la magnitud de la culpa. Pues que la ley no estableció para todos los delitos idéntica pena, sino que castigaba de distinto modo al que pecaba contra Dios, que al que contra el sacerdote; al que contra el templo, que al que contra la hostia; de una manera á los que pecaban contra el rey y el príncipe, y de otra á los que cometían algun delito contra el soldado y el súbdito igual; y tambien de diversa, al que delinqua contra el siervo, contra los bienes y contra los brutos. Tampoco se castigaban del mismo modo los pecados contra los padres y contra los parientes; ni del mismo lo que se hacia por casualidad, que lo que de propósito; pues á los primeros, se les imponía la muerte en cruz ó apedreados, y á estos, se les aplicaban multas, azotes, ó la pena del talion. Por lo tanto, vosotros debeis tambien imponer diversas penas, atendida la variedad de delito, no sea que mediando alguna injuria se provoque la ira de Dios; pues si fallais injustamente, recibireis el castigo de Dios, puesto que sereis juzgados segun juzgueis.

LIII.

Cualidades de los acusadores y testigos.

Sentados, pues, en el tribunal y en la presencia de ambas personas, (pues no los llamamos hermanos, hasta tanto que se reconcilien mutuamente) haced una investigacion exacta acerca de los que motiven el juicio. Y empezando por el acusador; examina si es esta la primera vez que se presenta con este carácter, ó si ha denunciado antes el nombre de otros; si parece que el crimen procede de enemistad entre los mismos, ó de disputa; cuál es su conducta, y si se averigua que es buena, sin embargo, no se le crea á él solo, pues se contravendría á las leyes, sino que deben concurrir ademas otros testigos de iguales costumbres, segun está mandado, pues se dijo: *en la boca de dos ó tres testigos estará toda palabra*. Hemos dicho que se debian investigar sus costumbres, porque sucede muchas veces, que dos ó mas prestan en una cosa mala su testimonio, y se ponen de acuerdo para defender la mentira, como sucedió en Babilonia con los dos ancianos en contra de Susana; en Samaria con los hijos de los iníquos en contra de Nabóht, y en Jerusalem con la muchedumbre de judíos contra el Señor y el protomártir Esteban. Los testigos han de ser apacibles, agenos de ira, buenos, caritativos, mo-

(1) Natth. 7.

(2) Deu. 16 et 19, Matth. 18, 2. Cor. 23.

(3) Dan. 13, 3. Reg. 21, Mat. 26 et 27, Act. 6 et 7.

verum censendum est testimonium; illorum, qui tales non sunt, testimonium nolite probare, etiam si adversus aliquem concordēs esse videantur. Praeceptum est enim in lege. «Non eris cum multis (1) in malitia: non accipies auditum vanum: non sedebis cum multitudine, ut declines justum.» Rursum reum quoque cognoscere debetis, qua consuetudine ac quibus moribus sit, si probatae vitae, si sine crimine, si sanctitatem amplectatur, si viduarum, peregrinorum, et pauperum curam habeat, si fratres diligat, si turpis lucri cupidus non sit, non vorator, non pecuniarum direptor, si sit temperans, ac non asotus, vel ebrius, vel helluo, si sit clemens, et ad largiendum paratus.

LIV.

Quòd fieri potest, ut alicui ex prioribus malis, in secundis habeatur fides.

Si enim ille praeteritorum delictorum habeat praejudicium, jam ex parte aliqua vera putanda sunt crimina, quae ei nunc obijciuntur, nisi jus ipsi faveat. Fieri enim potest, ut ille aliquando peccaverit, a praesenti verò crimine innocens sit. Quare in iis diligenter invigilantes, in reum cautas firmasque sententias proferte, ac si post segregationem is veniam petat, procumbatque episcopo, et peccatum confiteatur, recipite ipsum: neque illum calumniatorem impunitum dimittatis, ne in alium rectè viventem calumniam excogitet, neve aliquem alium invitet ad eadem faciendum. Neque verò convictum sine nota relinquantis, ne alius in eandem culpam incidat. «Nam nec testis pravorum impunitus manere debet, neque delinquens poenam effugere.

LV.

Quòd non oportet in judiciis alteram tantum partem audire.

Dicimus non oportere judicia ex altera tantum parte constituere: nam si unam tantum personam audiveritis absente altera, neque se defendente adversus objectum crimen temerèque sententiam damnationis tuleritis, rei interitus, et participes criminis esse apud Deum justum judicem perierimini. Nam qui alterius judicio praest, similis est ejus, qui caudam canis manibus tenet. Quod si Babylonios senes imitati fueritis, qui falso testimonio dicto Susannam morti addixerunt, illorum judicio ac poenae obstricti eritis, quoniam Susannam Dominus per Daniele e manu iniquorum eripuit: eos verò, qui sanguinis

derados, continentes, probos, fieles y piadosos: pues que atendiendo á las costumbres de semejantes hombres y á su buena vida, se debe tener por firme y verdadero su testimonio. No aprobéis el de los que no son así, aunque parezca que están acordes en contra de alguno, pues que se dijo en la ley: *no seguirás la muchedumbre para hacer mal; no admitirás voz de mentira; no te juntarás con la multitud en contra del justo.* Además debéis también conocer al reo, su conducta y costumbres, si es de buena vida, sino tiene crímenes, si abraza la santidad, si cuida de las viudas, peregrinos y pobres, si ama á los hermanos, si no codicia torpes ganancias, si no es voraz, ni ladrón, si es morigerado, si no es libertino, ébrio ó gloton, y si es clemente y dadivoso.

LIV.

Que puede suceder que se crea haber cometido cualquiera una maldad por saberse haber antes incurrido en otras.

Si se sabe haber cometido antes delitos, ya hay algún motivo para tener por verdaderos los que se le achacan de nuevo, á no ser que el derecho le favorezca; pues puede suceder que alguna vez haya pecado, y en la actualidad esté inocente del crimen que se le impute: por lo que hay que examinar con esmero las culpas y dar sentencia contra el reo con cautela y firmeza; y si aun después de la segregación pide la vènia, y se arrodilla ante el obispo, y confiesa el pecado, recíbele; pero no le perdone sin haber castigado su calumnia, para que no la reproduzca contra el que vive bien, ó para que no invite á otro á que la entable. Ni tampoco al convencido le dejes marchar sin nota, no sea que viendo que no se le ha escarmentado, caiga otro en la misma culpa: pues que ni el testigo de cosa mala debe quedar impune, ni el delincuente escapar de la pena.

LV.

Que no conviene en los juicios oír tan solamente á una parte.

Dicimos que no conviene fallar oyendo tan solamente á una parte, y si en ausencia de la otra, y no defendiéndose, diereis temerariamente sentencia de condenación por el delito imputado, sereis ante Dios, justo juez, reos de su muerte y participes de su crimen; pues que el que falla en juicio de otro, es semejante al que tiene en sus manos la cola de un perro. Y si imitareis á los ancianos de Babilonia que condenaron á muerte á Susana por un falso testimonio, quedareis ligados al mismo juicio y pena, porque el Señor sacó á Susana de las manos de los iníquos por medio de Daniel, y con-

(2) Exod. 23.

illius rei erant, igni adjudicavit: vos autem per ipsum increpavit, dicens: «Sic fatui (1) filii Israel non judicantes, neque quod verum est, cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Revertimini ad iudicium quia falsum testimonium locuti sunt contra eam.»

LVI.

Exempla justiciæ iudicii, externorum iudicum in sententiis cautio.

Adspicite mundana iudicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulcrorum perfossores, latrones: de quibus cum quaesiverunt praefecti iudicio, ab iis, qui illos in iudicium adduxerunt, demum interrogant reos, an illa ita se habeant? Quibus affirmantibus, non continuo eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quaestiones exercent cum multo consilio et velo interjecto. Tandem vero is, qui sententiam mortis in reum pronunciat, sublati manibus adversus solem, se innocentem ab illius sanguine contestatur. Quod illi faciunt, quamquam ethnici, et divini numinis ignari ultionisque a Deo propositae propter innocentium damnationem.

LVII.

Quod non oportet fideles contra se invicem aliquid habere.

Vos verò cum sciatis quis sit Deus vester, et cujusmodi sint ejus iudicia: quonam modo poteritis pravo animo in aliquem iudicii vestri sententiam ferre, quae statim a Deo cognoscitur? Ac si justè judicastis, justa proemia capietis nunc et in futurum: si injustè, paria consequemini. Nos ergo fratres consulimus vobis, ut a Deo potius laudem, quam vituperationem consequi velitis, quoniam laus hominum a Deo, vita aeterna est, quemadmodum contra mors aeterna paratur. Quare estote justici iudices, pacifici, iracundia vacantes: «nam qui sine causa irascitur fratri (2), reus erit iudicio.» Quod si accadat ex casu aliquo commoveri in vos aliquem, «sol non occidat (3) super iracundiam vestram.» «Irascimini, inquit David, et nolite peccare.» Hoc est, cito conciliamini, ne ira confirmata, recordatio offensionum fiat, et peccatum efficiat. «Animae enim recordantium mala, in mortem,» inquit Solomon. Dicit autem Dominus noster et Salvator Jesus Christus in Evangelio: «si offers (4) donum tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid contra te, dimitte ibi munus tuum ante altare, et vade prius, et reconciliare fratri tuo: et tunc veniens, offer donum tuum.» Donum autem quod Deo offertur,

(1) Dan. 13.
(2) Matt. 5.

denó al fuego á los que querian derramar aquella sangre; y se os reprendió por el mismo diciendo: «¿así los hijos fátuos de Israel condenásteis á la hija de Israel, no juzgando ni conociendo la verdad? volved al juicio porque dieron falso testimonio contra ella.»

LVI.

Ejemplos de juicio justo, y cautela de los jueces gentiles para dar las sentencias.

Reflexionad sobre los jueces mundanos á cuya potestad vemos que se entrega á los homicidas, adúlteros, envenenadores, violadores de sepulcros y ladrones, á los cuales, despues de haberse enterado perfectamente en juicio por los que los trajeron á él, se les interroga por último si en efecto es verdad lo que se les imputa, y aun respondiendo afirmativamente, no los llevan al punto al suplicio, sino que por muchos dias vuelven á preguntarles con madurez é interpuesto un velo. Finalmente, aquel que ha de pronunciar sentencia de muerte contra el reo, levantando las manos al sol, le pone por testigo de que es inocente de aquella sangre. Esto es lo que hacen los que son gentiles, aunque no conocen al ser divino, ni el castigo que Dios impone al que condena á los inocentes.

LVII.

Que los fieles no tengan mutuamente juicios.

Sabiendo vosotros quién es el Dios verdadero, y de qué forma son sus juicios, ¿cómo podreis dar sentencia contra alguno con mala intencion, siendo asi que Dios lo conoce al momento? mas si juzgais con justicia, recibireis premios merecidos ahora y para lo futuro; pero si injustamente, sereis del mismo modo juzgados. Nosotros, pues, hermanos, miramos por vosotros para que consigais de Dios mas bien alabanza que vituperio, porque la alabanza de los hombres proviene de Dios, que es la vida perdurable; asi como por el contrario se prepara la muerte eterna á los malos jueces. Por lo cual sed justos jueces, perfectos, no iracundos, *pues el que sin causa se enoja contra su hermano, es reo del juicio.* Y si por alguna casualidad sucede que os incomodais con alguno, *que no se ponga el Sol sobre vuestra ira.* David dice: *enojaos, pero no pequeis*, esto es, reconciliaos inmediatamente, no sea que confirmada la ira resulte un recuerdo de las ofensas y venga á parar en pecado. Salomon dijo: *las almas de los que recuerdan los males morirán*; y el Señor nuestro y Salvador Jesucristo dice en el Evangelio: *si ofrecieres tu don al altar y te acordares allí que tu hermano tiene contra tí al-*

(3) Ephes. 4, Psalm. 4.
(4) Matth. 5.